

SVB REVERENDO PATRE

AC DOMINO IO: ECKIO THEOLOGIAE DOCTORE, INGOLSTADIENSISQVE

Studii procancellario, per Venerabilem artium Magistrum GEORGIVM STENGLIN

Frisingensis ecclesiae contionatorem, infrascripte positiones de poenitentia. 19. die

Octobris INGOLS TADII disputabuntur. Anno Do: 1531.

- 1 Primus lapsus homini congenitus baptismō regenerationis tollitur.
 - 2 Sed sic baptismus est prima tabula, quae non solum peccatum tollit, sed & gratiam confert.
 - 3 Et quod transfigaz ac apostatae verentur fateri, signaculū imprimet baptismus in animā baptisati. quo militiae Christianae ascribitur, idq; recenti
ores Characterem appellant.
 - 4 Quod si quis ab hac gratia baptismali exciderit, non dubitamus ei aliam tabulam post baptismū a filio fabri paratam, in peccatorū remissionem.
 - 5 Hanc toties repeti posse ex Christo docemur, quoties exciderimus a nave salutis, contra Nouatianos.
 - 6 Neq; tamen statim necessaria est poenitentia q; primū peccauerit, nisi in voto dum tempus ab ecclesia statutum exegerit, nisi emergente casu peri
culoſo, aut alio a sanctis patribus praesignato.
 - 7 Poenitentia ista sacramentalis tribus conficitur, Contritione, Confessione & Satisfactione, quae partes appellari solent poenitentiae.
 - 8 Quumuis potissima in poenitentia sit sacerdotis absolutio, immo sola proprie est sacramentum, aliis ut materia ad poenitentiam requisitis.
 - 9 Contrito autem paratur recognoscendo multitudinem, foeditatem, damnum peccati, cum formidine aeternae damnationis.
 - 10 Sequitur poenitentiā incipere a timore etiam seruili ac poenarum, quum solo obtutu paternæ charitatis vix vnq; filius pdigus in patriam delibe
ret reuerti.
 - 11 Hinc non dubitamus hunc timorem esse vtile, & non facere magis peccatorem, sed viam esse parandæ salutis, ideoq; cēsemus eū donū esse dei.
 - 12 Sic autem a deo donatur vel incurrit, q; liberum arbitrium hominis ad huiusmodi timorem elicitum concurret, contra Manicheos.
 - 13 Vnde non sit in homine nisi deo aspirando præueniente & ad poenitentiam intus vocante, atq; trahente, contra Pelagianos.
 - 14 Fatemur tamen charitatem expellere timorem sicut in philosophia forma viuentis expellit formam seminis, & in theologia quod pfectū est euau
cuit quod ex parte est.
 - 15 Sicut nemo absoluit nisi sacerdos potestatem clavium habens, ita nemini sacramentaliter est confitendum nisi sacerdoti, contra Vviclef
 - 16 Quamuis potestas clavii sola non sufficiat, nisi adsit etiam potestas iurisdictionis ppria vel priuilegiata, quae distingueret diocesis curas ordinarie.
 - 17 Et adeo potestas iurisdictionis est necessaria, non solum ad peccantem, sed etiam quoad peccata, quū minores demonium non poterant eicere.
 - 18 Iusta est ergo casuum reseruatio, si iuste fiat, pie & ad edificationem.
 - 19 Adeo ut etiam fratres mendicantes absoluere non debeant, in casibus episcopo reseruatis, nisi specialiter illud esset eis a summo pon: vel episcopo
(concessum).
 - 20 Satisfactione ultima pars poenitentiae peccatorū reliquias abstergit, peccata diluit & poenitentem perficit.
 - 21 Sic enim actus hierarchici pulcherrimo ordine partibus penitentiae tribuuntur, quū contrito purget, confessio illuminet, satisfactione perficiat.
 - 22 Vis autem omnis satisfactionis ex merito passionis Christi sicut & sacramentorum profluit, nam sic gratia dei opera nostra quae aliqui nulla
sunt facit esse aliquid.
- ¶ Consecutū est satisfacienti nihil moliri in iniuriam Christi, sed iuxta voluntatem dei se satisfactōis Christi p̄cipem facere.

AB REVERENDO PATE

ABBA FERRANDO, PATER

— 5 —

3